

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema XCVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

non omnimodam fore abolitionem, sed commutacionem in melius. Alii tamen aliter sentiunt, & sunt etiam rationes in contrarium. At dimittamus illam quæstionem, vel differamus. Nouerimus tamen perire ista: Dominum manere. Non enim indulgendum curiositati humanae. In altera vita plura experiemur, quæ hic nescimus.

## III. Pars.

*Quid de hominibus fiet?* Illi ne perpetui erunt hic? Minime. Illis non tam diu dabitur manere, usque dum cœli transcant & terra, sed mox redigentur in puluerem. Morientur, sicut abiicitur subito res nibili, & censentur tanquam floccus aut titiuilitum, &c. De his alias saepè.

*Locus.* Noli mirari cum homines tam cito abripiantur, cum cœlum & terra perdurent aliquot mille annis. Quia homines peccarunt, & indigni sunt, qui fruantur cœlo & terra tam diu, *Esa. 64. v. 6.* Peccata abripiunt sicut ventus.

*ADMONITIO.* Si illa splendida Dei opifica abolenda, nos etiam moriamur prompto animo.

*CONSOLATIO.* Cum cetera abolenda sunt, homines reuiuiscent & in integrum restituentur. Ergo melior conditio piorum.

FINIS.

## THEMA XCVIII.

*Esa. 64. v. 16.*

*Tu pater noster.* Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu autem Domine pater, redemptor noster à seculo hoc nomen tuum.

## DISPOSITIO.

Hæc verba pars sunt illius precatiōnis, cuius formulam præscripsit Esaias populo, in captiuitatem Babyloniam abducendo: in qua petant Judæi pœnitentes, ut Domini-

THI  
Domi po  
bocu oppre  
dente, atque  
meredit. A  
egumenta  
gno effici  
Videamus  
causa prop  
ressa debet  
Deinde e  
Dio petant  
querunt  
intelligunt  
Rogant  
conveniat  
I. Ca  
gatur null  
idem mo  
instaurat  
funer  
Non por  
in maxim  
Tolitac  
defectos  
stituuntur  
II. Tu q  
querunt  
Eftonace  
4.v.2. Er  
Ex manus  
rum, atque  
iniquitate  
III. Ade  
pactis, &c.

X  
THEMA XCVIII. VET. TEST. six

Dominus populum suum tristi & graui seruitute Babylonica oppressum, clementer respicere, & in patriam reducere, atque aduençum Messiae dudum desiderati matu- rare velit. Adferunt autem varia & pathetica admodum argumenta persuadendi: Ex quibus hoc quod iam præle- gimus est ferme precipuum & principalissimum.

Videamus itaque primum ex ore captiuorum, quas causas proponant Domino, ob quas ille pristina sua clemencia debeat complecti miseros.

Deinde etiam perpendamus, quare immediate ab ipso Deo petant & expectent auxilium atque solatium: & quare non aliorum quoque implorauerint auxilia & intercessiones.

I. Pars.

Rogant captiui, ut viscera misericordiae denuo ad ipsos conuerterat, cum iam durus ipsiis videatur.

I. Causa, cur se non possit continere, & ob quam cogatur miseria opem ferre, haec est: Tu pater noster es. Et idem mox repetitur: Tu Domine pater noster es. Et idem infra quoque ver. 8. repetitur: Tu pater noster. Nos lutum sumus. Tu filius noster: nos opera manuum tuarum. Non potest pater relinquere infans suum: præsertim in maximis difficultatibus constitutum.

Tu itaque qui potes iuuare, cum sis omnipotens, non deseres nos. Cor tuum paternum hoc non patietur, ut destituamur omni ope & auxilio.

II. Tu quoque Redemptor noster es. Semper & ubique ex omnibus difficultatibus eripuisti tuum populum. Ex fornace ferrea Ægypti liberasti tuum populum, Deut. 4. v. 20. Ex medio mari eripuisti illos suffocatis hostibus. Ex manibus Amalechitarum, & omnium Chananearum, atque aliorum hostium semper liberasti, &c. Jam itaque idem speramus. Vide Exod. 14. 17. Et lib. Jos.

III. Additur: A seculis multis hoc tibi nomen, quod paters, & Redemptor Israëlis. Non hodie demum in-

cipis esse pater. Ante multa secula Moses) Deuter. 32. v. 6.  
dixit nobis, Te esse patrem nostrum. Et iam ante David  
nos docuit (Psal. 103. v. 13.) Quod sicut pater misericordia  
filiorum, ita tu, &c.

Sic etiam ante multa secula Redemptorem te vocavit,  
Hiob. cap. 19. v. 25. Et sibi eodem nomine David Psal.  
19. in fine: & Psal. 70. v. 6. liberator meus, & Psal. 144. v. 2.  
liberator.

Hoc itaque nomen antiquum seruabis: præsentim quia  
David promisit, Psal. 13. v. 8. Teliberaturum Israelem  
ex omnibus peccatis suis: quæ nos in hanc tristem seru-  
tatem perduxerant.

Loc vs. Eadem plane & consimilem apud Deum  
argumentandi, hoc est, precandi formulam præscriptam  
Dominus Iesus Christus, ut intelligamus, Dei mentem  
hoc epitheto [patri] sic percelli, ut nihil possit denegare.  
Ideoque orare iussit, Pater noster.

Et hoc quidem partim propter Deum: partim pro  
per nos. Propter Deum quidem, ut is commouetur, &  
rumpanetur viscera misericordiae ipsius, sicut dicitur Jer.  
31. v. 20 de filio Ezechialmo. Propter nos autem, ut oran-  
tes nihil dubitemus, quin simus accepti quod peti-  
mus. Quia pater est, Id virgo Christus simili, Luc. 11. v.  
11. Qui vestrum pater, filio lapide dat, &c. Et ipse Deus  
Esa. 49. v. 15. Si mater obliuiscatur infantis, ego tamen  
non. Et propterea semper reperit Christus titulum pa-  
tris: Pater dabit: Quicquid petieritis patrem, &c. Ioan.  
16. v. 23. & 28. Scit pater celestis. March. 6. v. 22. Et quod  
vult doceret, ut sicut vocula [pater] de voluntate, ita vo-  
cula [in celis] facultate, nos eruditat.

Quod si haec ex fide sit precaremus, omnia impeta-  
remus salutaria. At multi sine mente & sine fide orant.

Sed & Redemptoris titulum Christus inferuit Oratio-  
ni Dominicae, dum iuber orare. Libera (vel redime) quod  
idem est, à malo. Antiquitus enim haec epitheta sue hi-  
tituli

tituli Deo tribuuntur, & vete quidem. Inde si vellemus, consolationem maximam capere possemus, quod non quam sit nos derelicturus Dominus, neque in corporalibus, neque in spiritualibus necessitatibus. Ita tamen ut in corporalibus semper iuvet, ad utilitatem nostram, si maxime non semper iuxta voluntatem nostram. In talibus enim orandum, exemplo Christi, Matt. 16 v. 39. non sicut ego volo, &c. Exempla exaudita orationis, & subsequente liberationis sunt passim obvia. Israelitæ in Ægypto: Daniel in foue: Socii in fortace: Jonas in cœlo: Paulus & Silas in carcere, &c. Inde fides confirmanda.

## I. Pars.

Quare autem Israelitæ captiui immediate Deum sompellant? Cur non implorant intercessiōnem sanctissimorum suorum Patrum & maiorum, Abrahāmi, Isaci, Jacobī? Quos sciunt saepè à Deo multa impetrasse, præsertim Abrahamum, cum pro Sodomitis & vicinis intercederet, Gen. 18. v. 26. Niisi illi vñquam à Deo negatum. Quod si vñquam Patrium illorum fuit intercessio necessaria, tum sane fuisset. At respondent illi: Quod dimituimus sanctos defunctos? Frustra clamabimus, Sancte Abraham ora pro nobis. Sancte Israel (qui est Jacobus Gen. 32. v. 28.) ora pro nobis. Omnes sancti Patriarchæ orate pro nobis. Etenim Abraham nescit, & Israel ignorat nos. Illi quidem cum in his terris agerent, Ecclesiæ curam gesserunt, iudicarunt suos precibus & intercessionibus. At postquam illi rebus sunt exempli humanis, de his ærumnis nihil amplius nouerunt. Non enim sunt *agēdoyz*, *zōgaz*. Quod soli Deo competit, 1 Reg. 8. v. 39.

D o c e m v r: In ærumnis ad solam Deum configendum nō ad sanctos. Quia illi nesciunt quid hic fiat, Deus id nonvit. Vide August. in lib. de caru pro mortuis cap. 13. Et insigne est illud magni Eliæ, Petre quod vis *antequam tollar*, 2. Reg. 2 v. 9.

F I N I S.

V §

THE-